² P. Georg Pasterwiz, s. Anm. Nr. 34 zur Biographie Fixlmillners.

³ Der Jesuitenorden war damals in Österreich aufgehoben.

⁴ Siehe die Biographie Fixlmillners mit Anm. Nr. 31.

⁵ 1786

⁶ Franciscus de Paula Triesneker

⁷ Ephemerides Astronomicae anni 1788, Appendix pg. 418.

Admodum Reverende, doctissime, ac celeberrime Domine!

Veniam dabis Adm. R. ac cel. Domine primum, quod dum nuper Exemplaria quaedam Carminis mei de Lite Astronomorm etc: per Adm. Rev. Patrem Praefectum Rei Vinariae ad Te mitterem, otium addendi litteras mihi defuerit; dein quod has, quas praesentes offero Ephemerides tamtam sero (causa nimium retardati typi) ad Te mittere cogerer. Gratias Tibi Adm. Rev. ac cel. Domine iteratas ago pro communicatis mecum benevole praestantissimis Tuis Uraniae Tabulis, quibus Ephemerides meas ornare dignatus es; at una gavisus sum maxime, quod easdem tabulas Ephemeridibus Berolinensibus ad annum 1789 non sine meritissima laude insertas legerim, ita enim fiet, ut sicut per meas Ephemeridas inter Astronomos totius Europae latinum linguam non ignorantes, ita per Ephemeridas Berolinenses liguâ teutonicâ conscriptas inter Astronomos minores Germaniae lingua latina rudes usus harum Tabularum amplior habeatur.

Nescio, quis Tibi Adm. Rev. ac. cel. Domine sensus sit de nomine meo *Uranie* et de hieroglypho novo huic planetae in Carmine proposito; videntur quidem argumenta contra nomen *Urani* et Berolinensium hieroglyphon exposita pondus aliquod habere; attamen certus sum Berolinenses, et caeteros quosdam Germaniae Astronomos ea solum de causa, quod ab Astronomo austriaco, et vel maxime, quod ab Exjesuita profecta sint, perinde non acceptanda, ubi nomenclaturam macularum lunarium Riccioli e S. J. posthabuerunt nominibus Hevelij: at spero, ut suo tempore *Uranus Uraniae* posthabeatur.

Quod carmen Uranophili spectat, scire Te velim Adm. Rev. ac cel. Domine ab ejusmodi Poëta concinnatum esse, qui ab annis 40 et amplius nec versum fecit, nec poetas legit, aetatemque Cygneam annorum 67 jam agat, dein carmina plurima sparsim interjecta, consiliô amici, cui Manuscriptum legendum dederat Uranophilus, suppressa esse, quae vel minimam offensionis causam praebere potuissent; ita ante finem post versum: *Uranus est procul, sit locus Uraniae*, sequentia ommissa sunt⁸:

Proximus Uraniae Saturnus volvitur orbi,
Uraniam Sociam, quid vetat esse suam.
Sunt equidem Astronomis expertia sidera sexus,
Non habet *Archaeus Spiritus* hicce locum.
Exulat⁹ annosus¹⁰ quoque *Spiritus Astrologorum*
Somnia *Fatidicûm*¹¹ nec revocata velim:
At, dandum est aliquid Pictoribus, atque Poëtis,
Quaerite, quid cupiant? numne Deum? ane Deam?

⁸ Der Text dieses „Carmen“ ist in den Ephemeriden Hells für das Jahr 1787 Appendix pg. 89 enthalten. Die hier folgenden Verse hat Hell vorläufig nur im Brief an Fixlmillner angeführt. Sie sind aber dann in der vollständigen wiederholten Veröffentlichung des „Carmen“ in den Ephemeriden 1788 Appendix pg. 307 enthalten.

⁹ exulo: vertreiben („Cornucopiae“)

¹⁰ annosus: vieljährig („Cornucopiae“)

¹¹ fatidicus: weissagend („Cornucopiae“); hier fatidicûm = fatidicorum.

Sunt quoque, cur optem, nostrum signare Planetam
 Nomine proposito; sed reticenda mihi.^a
 Vatibus ingratum nostris ne pangito Carmen,
 Saevae, qui Satyra dira flagella fugis!^b
 Quo studio Vatum *veteres* coluere Camoenam
 Uraniam Patres? novimus Astronomi.
 Novimus Astronomi, quae *Naso*, *Maroque*; Catullus
 Quae cecinit: divum novimus *Ausonium*.^c
Coelestis Rationis opus, quod *Manlius* olim
 Condidit Astrologus: novimus et reliquos.
 Uraniae *nostri* cur *vates* plectra verentur?
 Cosmica cur metuant tangere? *Naso* docet.^{**d}
 O! utinam! liceat *nostris* suadere Poëtis,
 Ne *plectra* Uraniae *cosmica* spreta velint. „sed satis haec (inquit) etc.

* optabat Uranophilus ea etiam de causa Planetam novum nomine *Musae Uraniae* signandum, ut Poëtae nostri seculi additarentur ad studia astronomica, qua scientia *Veteres* Poetarum *Patres graeci et latini* egregie exculti noscuntur; quae etiam causa fuit, cur *Uraniam* inter novem Musas Parnassi *praecipuam* collocarunt; ac verebatur Uranophilus, ne pro sano suo consilio flagella satyrica Poëtastrum nostrorum, Uraniam Musam vix de nomine noscentium, experiretur; ideo tacendum sibi consultius esse duxit.

** *Naso docet*: causas hasce, cur Poëtae nostri seculi, Uraniae plectra vererentur, exponit *Naso* in suis *Fastis* Lib. I. ubi ita canit:¹²

a) Hinweis im Brief auf eine Anmerkung am Ende der Seite.

b) Die Ephemeriden (1788, pg. 314) haben hier anstelle der zwei Verse „Vatibus . . . fugis!“ die folgenden:

O! utinam liceat claris suadere Poëtis
 Ne Plectra Uraniae *cosmica* spreta velint!

c) Die Ephemeriden l. c. fügen nach „*Ausonium*“ ein:
 Novimus et Graji Musaeus, Aratus, & Orpheus
 Astra sonante Lyra, quae docuere Patres

d) Weiterer Hinweis auf eine folgende Anmerkung.

¹² Die folgende Übersetzung dieses Textes aus den *Fasten* Ovids, 1. Buch, ist entnommen den Wissenschaftlichen Kommentaren zu lateinischen und griechischen Schriftstellern von Franz Bömer, S. 74, Carl-Winter-Universitätsverlag, Heidelberg 1957. Dort: *Quis vetat . . .*

Wer verbietet, daß ich auch die Sterne nenne, wie ein jeder auf- und untergeht? Auch dies soll ein Teil dessen sein, was ich versprochen habe. Glückliche die Menschen, die als erste diese Dinge zu erkennen und (mit ihrem Geiste) in die himmlischen Bezirke aufzusteigen sich bemühten! Man darf glauben, daß sie gleicherweise über Menschenschuld und Menschenraum ihr Haupt erhoben. Weder Venus noch der Wein hat die erhabene Kraft in ihrer Brust gebrochen noch die Tätigkeit auf dem Forum noch das Kriegshandwerk. Auch der eitle Ämterehreiz hat sie nicht verlockt, auch nicht der Ruhm im Purpurkleid und nicht die Gier nach großem Reichtum.

Unseren Augen brachten sie die fernen Sterne nahe, und mit ihrem Geiste überwandten sie sogar den Äther. (Nur) so steigt man in den Himmel — nicht, indem man den Ossa auf den Olympos türmt und (obendrauf) die Spitze des Pelion an die Sterne in der Höhe rührt. Auch ich will unter ihrer Anleitung den Himmelsraum durchmessen und den flüchtigen (Himmels) zeichen ihre Tage weisen.

Quid vetat, et stellas, ut quaeque oriturque, caditque
 Dicere? promissi pars sit et ista mei.
 Felices animos, quibus haec cognoscere primis
 Inque domus superas scandere cura fuit.
Credibile est, illos pariter vitisque, locisque
Altius humanis exseruisse caput.
 Non *Venus et vinum* sublimia pectora fregit,
Officiumve Fori, Militiaeve labor.
 Non *levis ambitio*, perfusaque gloria fuco,
Magnarumve fames sollicitavit opum.
 Admovere oculis distantia sidera nostris
 Aetheraque ingenio supposuere suo.
Sic petitur coelum: non, ut ferat Ossan Olympus
 summaque Peliacus sidera tangat apex.
 Nos quoque sub *ducibus* coelum metabimur *illis*,
 Ponemusque suos ad stata signa dies.

Hanc epistolam meam jam die 20 Decemb. scribendo inchoatam, ob tentatam¹³ subinde valetudinem meam, aliaque negotia, imperfectam relinquere coactus, nunc demum, cum aliquantum melius habeam, etsi serius, ac optar finitam, tardidatemque transmissarum Ephemeridum praesentium, amice ut soles, excusandam rogo.

Eclipsis Lunae diei 3 Jan. nobis ita inobservata praeteriit, ut ob coeli obscuritatem, ne locum quidem Lunae in coelo distinguere licuerit, in quo tum versabatur. *Uraniae* quoque observationes, quas per Menses Nov. Decemb. et Januarium faciendas optavimus, omnes per coelum continuo nubilum impeditae sunt; primam ante oppositionem obtinuimus die 10 Jan. dein post oppositionem diebus 16, 17, 18 Jan. e quibus tamen oppositio satis accurate supputari poterit. De Tabulis Mercurii novis ab Adjuncto meo / : juxta Elementa Domini Tobiae Mayer in Actis Soc. Göttingensis relata: / supputatis, novisse Te velim, has Tabulas novas mirum in modum com observationibus ab annis 50 usque factis, consentire; edentur hae Tabulae in Ephemeridibus nostris ad Annum 1788 cum calculis observationum; Dominus etiam de la Lande novas promisit Tabulas Mercurii. Fors et ille Mayerum sequetur. Jam vale Vir celeberrime, meque amicis Tuis accensum amore ne dedignare.

Nominis Tui studiosissimus
 Maximilianus Hell.

Viennae 20 Jan. 1787.

¹³ tentatus: angegriffen. („Cornucopiae“)

IX. PLACIDUS FIXLMILLNER AN MAXIMILIAN HELL. 1787 Februar 8

Von diesem Brief ist das Konzept erhalten. Es trägt kein Datum. Dieses ist aber aus dem folgenden Antwortsschreiben Hells zu entnehmen.

Fixlmillner dankt vor allem für das ihm von Hell übersandte Prachtexemplar der Ephemeriden für das Jahr 1787¹ und hebt lobend und anerkennend sowohl die äußere Ausstattung als auch den wissenschaftlich hochstehenden Inhalt hervor. In seiner Bescheidenheit will er von der Anerkennung, die seine eigene Arbeit darin findet, nichts wissen. Für die Verzögerung seiner Antwort will er später eine Erklärung geben. Er würde gerne auch an Triesnecker schreiben, aber er fürchtet, ihm damit lästig zu fallen.

Der Grund, weshalb er seine Tabellen auch an Bode in Berlin mitteilte, obwohl dieser sie nicht angefordert hatte, war, daß er auch das Urteil anderer Astronomen darüber einholen wollte. Aber auch nachher wollte er sie nicht zur Veröffentlichung freigeben. Erst als er aus dem Berliner Jahrbuch für 1788 entnehmen konnte, daß seine Bearbeitung der Beobachtungen Flamsteeds und Mayers kritisch untersucht und mit den Tabellen Zachs verglichen werden, entschloß er sich, nach Mitte Jänner seine Berechnungen an Bode zu senden. Eventuelle Diskrepanzen zwischen seinen und Zachs Tabellen sollten auf diese Weise zeitgerecht beigelegt werden. Nie hätte er erwartet, daß seine Tafeln vor denen von Zach veröffentlicht würden.²

P. Placidus drückt dann seine Anerkennung über das „Carmen Uranophili“ aus. Auch Nichtastronomen, denen er es zu lesen gegeben hat, haben es sowohl interessiert als auch belehrend gefunden, und vieles, das sie bisher nicht wußten, daraus gelernt.

Schließlich geht er auch auf die Frage des Namens und Zeichens für den neuen Planeten ein. In höflicher Weise anerkennt er Hells Argumente für den Namen „URANIA“ und das von ihm gewählte Zeichen.³

Zum Schluß berichtet Fixlmillner noch kurz über seine astronomischen Beobachtungen, die in dem verflossenen Jahr vom Wetter nicht sehr begünstigt waren. Er fügt dann vor allem die Beobachtung des Merkurdurchganges an,

¹ Es handelt sich um das schon mehrfach erwähnte Prachtexemplar der Ephemeriden 1787.

² Fixlmillners Tafeln sind im Berliner Jahrbuch 1787 S. 201 veröffentlicht; über die Tafeln Zachs bemerkt Bode im Berliner Jahrbuch 1788 S. 217, Anmerkung: „Des eingeschränkten Raumes wegen habe ich für diesmal diese Tafeln, die mir der Herr. Prof. von Zach gütigst mitgesandt, nicht abdrucken lassen können.“ Auf diese „nota“ bezieht sich hier auch Fixlmillners Bemerkung. (Über v. Zach s. Anm. Nr. 43 zur Biographie Fixlmillners.)

³ Wie schon bemerkt, hielt sich Fixlmillner aus dem Streit zwischen Bode und Hell über Namen und Zeichen des neuen Planeten möglichst heraus. Hell schlug als Namen: URANIA und als Zeichen einen leeren Kreis, darüber vier gekreuzte Linien vor. Bodes Vorschlag: URANUS und das Zeichen, das heute verwendet wird, setzten sich durch.

anschließend Uranusbeobachtungen nach der Opposition und als letztes die Verfinsterungen der Jupitermonde.⁴

Reverendissime Clarissime ac longe celeberrime Domine Domine.

Pretiosissimum elegantissimumque donum Ephemeridum Tuarum, quo me dignatus es, Rdme Dne Dne, summo meo solatio nuper perlatum teneo. Cur vero serius, tam excellenti munificentia postulasset, grati animi officium exequar, causam ut paulo inferius exponendam differam^a pro consueta benevolentia Tua concede^b. Expanso quidem involucro primus mox tam splendidae speciei externae intuitus stupore animum adfecerat, verum augebatur ille benevolentissimae^c epistolae lectione, et conspectu eorum, quae in eruditissimo hoc opere continentur^d: ubi tantis me honoribus, tantisque elogiis decoratum reperi, quibus me nequaquam dignum censere queam. Verum sit mihi hoc evidensque Tuae benevolentiae argumentum, Reverendissime clarissime ac celeberrime Domine Domine, pro qua, quantas debeam, gratias, ipse ignoro, et hinc non quantas vellem, sed quantas possum immortales reddo. — Cuperem sane et ad Plurim Reverendum ac celeberrimum Dominum Triesneker grati animi testem epistolam scribere, nisi metuerem, aridis litteris me eidem molestum futurum.

Quid me impulerit, ut diu satis mecum luctatus tandem propositum ceperim tabulas meas etiam cum celeberrimo D. Bode communicandi, quamquam ab eo postulatae non fuissent paucis hic referre liceat. Nolebam inprimis hunc laboris mei partum in publicam lucem protrudere, donec comperissem, num apud celeberrimos alios astronomos elementa mea Uraniae orbitae adsignata quadam^e sibi attentionem conciliasse viderentur. Immo et hoc comperto haesitabam adhuc de tabulis transmittendis. Sed postquam ex Ephemeridibus Bero-linensibus edoctus fueram, non modo meos Flamsteedianae et Mayerianae observationis calculos ad censuram vocari, verum etiam comparationes observationum cum elementis meis iniri ope tabularum a celeberr. D. de Zach constructarum; differentias vero inventas calculo meo e propriis tabulis constructo non penitus consentire animadverteram quadam me ratione compulsum putabam, ut has meas tabulas celeberrimo D. Bode notas facerem, quod post medium demum mensem Januarium sum executus. Sperabam nempe

⁴ Die am Anfang des Briefes angekündigte Erklärung für die verspätete Antwort auf Hells Schreiben, findet sich erst am Schluß des Briefes nach Angabe aller Beobachtungen: Fixlmiller wollte zur genauen Positionsbestimmung des Uranus die exakte Rektaszension des Vergleichsternes ρ in den Zwillingen überprüfen, wurde aber durch ungünstige Witterung lange daran gehindert.

a) i. K. „ut pro exponere liceat“ dgstr.

b) i. K. „veniam dabis“ dgstr.

c) i. K. „gratiosissimae“ dgstr.

d) i. K. „tantum ubique, me tantis decoratum elogiis quantis reperi, quibus quo, quum iis me dignum censere nequeam, quibus me dignum censere nunquam possim“ dgstr.

e) i. K. „viderentur attentione digna“, dgstr.

hoc facto facilius fieri posse ut discrimen, si quod esset inter meas & D. de Zach tabulas tempestive componeretur; minime autem expectaveram fore ut illae prae istis Berolini in lucem ederentur; quum^f propositum suum celebrer. D^{us} Bode de publicandis Dⁿⁱ de Zach tabulis non obscure indicasse visus sit ibid. pag. 217 in nota.

Quod carmen Uranophili attinet, cuius me participem esse voluisti, sex exemplaribus missis non modo summa cum voluptate ipsus saepius relegendo animum relaxavi; verum etiam aliis, utut astronomiae non peritis legendum dedi, qui quam facilitate, iucunditate carminis et solidis argumentis amoenitatem conciliandi dexteritate maximopere delectarentur tum sibi plurimum gratulabantur de eruditione inde hausta, qua historicam ut minimum cognitionem de rebus sibi ante hoc ignotis sunt adsecuti.

Quantum hinc de Tua in arte poëtica peritia coniciere liceat, Reverendissime ac clarissime D^{ne}D^{ne}, ne quid amplius scribam, reverentia Tibi debita me cohibet. Hoc solum ne praeteream, grati animi vinculum me adstringit, inter praecipua benevolentiae Tuae erga me immeritum indicia numerandum esse, quod illa, quae ob satyricorum effraenatum licentiam in carminis editione ommitenda duxeras me celare noluisti.

Demum de nomine Uraniae & de hieroglypho quis mihi sensus sit, percontari libuit. Etsi quidem me omnium minime aptum arbitrum censeo, qui iudicium meum huic liti interponam; quantum tamen viribus ingenii mei adsequi poteram^g rationem mythologicam et astronomicam, concordia, et ordinis^h, seu ut ita dicam analogiae inter planetas concinnitas pro Uraniae nomine, planetae imponendo, multo validius, quam pro alio quocumque pugnare videntur. Hieroglyphum vero tanto praestantius habendum censeo, quod ad eruditionem historicam inventionis huius planetae conservandam aptissimum est pariterque mythologiae quam optime conveniens; ut quae Uraniam cum veste stellis distincta, & manu sphaeram gestantem pingere consueverit. Neque porro ego quidem causam video, cur hieroglyphon planetae e placitis chemicorum petendum sit, v. g. ut signo notetur, eo quod platina, metallum illud recens inventum, praeter auro similem indolem ferri quidquam admixtum habere censeatur; nam & solis & Martis signa quibus auri ferrique metalla signantur astronomica sunt & quum occasione astronomicae inventionis novae hieroglyphon novum statuendum sit potius erit, ut chemici ab astronomis, quam hi ab illis signum emendicent; sufficere autem chemiae poterit, quod ob similitudinem multiplicem rationum planetae novi ad reliquos ab antiquo cognitos, & platinae ad cetera metallaⁱ huic novo metallo^j planetae dignum prorsus conveniat. Verum hoc pro teneri iudicio meo.

f) i. K. „de publicandis Dⁿⁱ de Zach tabulis, animum propositum sibi esse celebrer. D. Bode iam de publicandis“ dgstr.

g) i. K. „argumentorum soliditas, mythologiae concinnitas“ dgstr.

h) i. K. in einer nota am Ende der Seite: „& quod sextanti Uraniae, ipsi vero astronomiae praesidi nullus hucusque locus in coelo fuerit“.

i) i. K. „utriusque utrumque eodem utriusque“ dgstr.

j) i. K. „idem planetae signum“ dgstr.

Nunc vero ut de meis observationibus anni elapsi, & praesentis etiam usque ad hunc usque diem referam, consueto singulari Tuo favore nixus Reverendissime clarissime ac longe celeberrime D'ne^k, universim praemittere cogor, annum hunc astronomicis meis laboribus prorsus inimicum fuisse, cum rarissime coelum faverit; et vel hinc pleraque insignia coeli phaenomena, oculis meis subducta fuerint. Praecipuum quod ex parte observare licuit est transitus Mercuris infra discum solis, qui hic primum sibi locum vindicabit.

Transitus Mercurii infra discum solis
die 3 Maii astronomica an. 1786.⁵

Observationi huic serviit quadrans azimuthalis mobilis radii 3 ped. is instructus est tubo fere hexapedali valde bono, & micrometro filari. Continuo^l conatus sum ex appulsibus limborum Solis & Mercurii ad fila decussata definire differentiam azimuthorum & altitudinum, ex quibus posta apparentes differentias longitudinum et latitudinum calculo definivi, hoc est, liberatas quidem a differentia parallaxium Solis et Mercurii, infectas autem aberratione & nutatione. Tam in filo horizontali, quam in verticali, utriusque semper limbi solaris appulsus fuere notati, ut in qualibet tubi altitudine duplex dimensio diametri solaris haberetur. Ast quamquam fila ad sensum ita disposita fuissent, ut unum arcui verticali congruere, alterum vero horizonti parallelum videretur. Eventus tamen docuit, diametrum horizontalem Solis semper aliquanto maiorem^m prodixisse verticali. Hinc non vane suspicabar, fila paulisper a situ, quem habere deberent, declinare.ⁿ Huius rei certior ut fierem, post meridiem in iisdem solis altitudinibus, in quibus priores octo observationes matutinae factae sunt, eodem modo dimensus sum diametrum tum horizontalem tum verticalem Solis.

Hae dimensiones paullo semper minorem^o dabant diametrum horizontalem^p verticali, contra ac in matutinis observationibus. Dimidiata vero summa diametri horizontalis matutini et vespertini satis concorditer^q dabat diametrum Solis 32'1" comprehensa densitate fili, tubique augmento; idem obtinebatur e dimidiata summa diametri verticalis matutini & serotini.^r Hinc mihi via

⁵ Dieser Teil des Briefes ist in den Ephemeriden für 1788 pg 400 ss im Druck erschienen. Hier ist der Text des Konzeptes wiedergegeben. Wesentliche Unterschiede sind angegeben.

„Die 3 Maii astronomica an. 1786“ bedeutet die astronomische Zeitrechnung, die mit Mittag des betreffenden Tages begann. 18 Uhr ist also nach bürgerlicher Zeitrechnung 6 Uhr früh am 4. Mai.

k) i. K. „inprimis promittendum censeo“ dgstr.

l) im Druck: Ab hora 18^h54^m quo circiter momento Sol e nubibus emergerat, continuo dedi operam observandis differentiis azimuthorum et altitudinum per appulsus limborum Solis et Mercurii ad fila decussata, ex quibus...

m) i. D. minorem.

n) i. D. deflectere.

o) i. D. maiorem.

p) i. D. minorem verticalem.

q) i. D. summa diametri horizontalis matutinae et vespertinae concorditer...

r) i. D. matutinae et vespertinae.

aperiebatur, qua pro singulis primis octo observationibus angulum deflexionis filorum calculo eruerem, indeque observatas altitudinum & azimuthorum differentias emendarem. Pro postremis autem quatuor observationibus, quum verspertinas dimensiones matutinis respondentes facere non licuerit, inter paullo diversos angulos deflexionis, qui e prioribus singulis eruti sunt^s, medium arithmeticum sumere cogebar; ideoque ceteras octo praeferendas censeo.

Observationes correctae.

I.

Temp. verum

18^h 55' 39.5"

Differ. altit. appar. Merc. a Sole +11' 7.6"; diffe. vera alt. +11' 13.9"; diffe. azimuthi Merc. orient. 2' 22.6"

Differentia longit. apparens Merc. a Sole -2' 55"; Latit. B. appar. Merc. 11' 6.2"

Differentiam azimuthi intelligo in parallelo horizontis expressa tamen in partibus circuli max.

II.

19^h 1' 8.5"

Diffe. alt app. Merc. +11' 24.3"; vera +11' 30.6"

Diffe. azimuthi Merc. or. 2' 7.0"

Diffe. long. appar. Merc. -3' 16.6" Latit. B. appar. 11' 14.1"

III.⁶

19^h 9' 19.5"

Diff. altit. appar. Merc. +11' 29.8"; vera +11' 36.0"

Differ. azimuthi or. 1' 28.8"

Differ. long. appar. Merc. -3' 52.8"; latitudo B. appar. 11' 1.9"

IV.

19^h 56' 15.8"

Diff. altit. appar. Merc. +12' 21.0"; vera +12' 26.8"

Differ. azimuthi Merc. occid. 1' 23.8"

Differ. longitud. appar. -6' 42.4"; latit. B. appar. 10' 36.4"

s) i. D. pro qualibet antecedentium observationum singulatim inventos.

⁶ Die Beobachtungen III bis XII finden sich nicht im Konzept, sie sind hier den Ephemeriden l. c. entnommen. Die genauen einzelnen Originalbeobachtungen finden sich in Fixlmillers handgeschriebenen Observationes cum resultatis, Pars III pg 87—91. (Archiv der Sternwarte Kremsmünster.)

V.

20^h 3' 30.8"

Differ. altit. appar. Merc. +12' 35.5"; vera +12' 41.2"

Differ. azimuthi Merc. occid. 2' 27.4"

Differ. longit. appar. Merc. -7' 39.6"; latit. B. appar. 10' 24.4"

VI.

20^h 9' 17.8"

Differ. altit. appar. Merc. +12' 36.0"; vera +12' 41.6"

Differ. azimuthi Merc. occid. 2' 31.4"

Differ. longitud. appar. Merc. -7' 40.6"; latit. B. appar. 10' 25.1"

VII.

20^h 22' 32.4"

Differ. altit. appar. Merc. +12' 44.0"; vera +12' 49.5"

Differ. azimuthi Merc. occid. 3' 48.9"

Differ. longitud. appar. Merc. -8' 46.4"; latit. B. appar. 10' 5.8"

VIII.

20^h 30' 13"

Diff. altit. appar. Merc. +12' 49.8"; vera +12' 55.2"

Diff. azim. Merc. occ. 4' 21"

Diff. longit. appar. Merc. -9' 13.5"; latit. B. appar. 10' 2.3"

IX.

20^h 41' 53.5"

Diff. altit. appar. Merc. +13' 5.6"; vera +13' 10.9"

Diff. azimuthi Merc. occ. 5' 18.3"

Diff. longit. appar. Merc. -10' 3.6"; latit. B. appar. 10' 2.0"

X.

20^h 48' 46"

Diff. altit. appar. Merc. +13' 3.9"; vera +13' 9.1"

Diff. azimuthi Merc. occ. 6' 9.5"

Diff. longit. appar. Merc. -10' 44.4"; latit. B. appar. 9' 46.4"

XI.

20^h 56' 29"

Differ. alt. appar. Merc. +13' 5.1"; vera +13' 10.2"

Diff. azimuthi Merc. occ. 6' 33.0"

Diff. longit. appar. Merc. -10' 59.8"; latit. B. appar. 9' 46.1"

XII.

21^h 3' 37"

Diff. altit. appar. Merc. +13' 10.4"; vera +13' 15.4"

Diff. azimuthi Merc. occid. 7' 21.2"

Diff. longit. appar. Merc. -11' 39.6"; latit. Bor. appar. 9' 41.2"

Per differentiam⁷ azimuthi intelligo arcum in parallelo horizontis expressum in partibus circuli maximi; diciturque mihi haec differentia orientalis & occidentalis per relationem ad Solem, a quo Mercurius in tribus prioribus observationibus distabat orientem versus tum vero in occidentem progredi coeperit.^t

Contactuum observationem nubes denuo irruentes impediverunt, quibus sol liber tandem evasit 21^h 26' 56" nullo amplius vestigio Mercurii apparente. Comparatione mearum observationum cum tabulis celeberr. D. de la Lande inita, e prioribus octo observationibus^u, reperi differentiam arithmetice mediam in longitudine geocentrica esse 3' 13.2", qua longitudo supputata exceditur ab observata, si differentiae longitudinum observatae applicentur loco Solis, quem dant tabulae D. de la Caille, latitudo vero geocentrica tabularum mihi prodita fuit iusto minor 23.7".

Tabulae Halleianae ab eodem celeberr. D. de la Lande editae an. 1759 per easdem observationes arguuntur de errore + 3' 8" in long. & + 44.7" in latitudine. Tabulae Hallei Berolini editae, adhibitis solaribus cel. D. Tobiae Mayer excedunt in logit. 3' 13.5"; in latitudine 1' 26". Fuere autem haec calculi mei elementa supputata ad tempus verum 3 Maii 18^h 55' 40" meridiane Cremonensis.

Longitudo ^v Solis apparens secundum de la Caille	1 ^s 13° 51' 53.3"
secundum Mayer	1 13 52 5.2

Longitudo geoc. Mercurii appar.

secundum D. de la Lande	1 ^s 13° 45' 49" ^w	lat. B. 10' 48.6"
secundum Hallei editionis	1 13 52 10.3 ^x	lat. B. 11 57

Parisiae

secundum Hallei editionis Berolin.

cum tabulis Mayer solaribus	1 13 52 15.7 ^y	lat. B. 12 38.4
-----------------------------	---------------------------	-----------------

Motus horarius Solis 2' 25.2"; motus horar. geocentr. Merc. in ecliptica — 1' 32.6"; variatio horaria latitudinis^z — 43.2". Parallax. horiz. Solis actualis^{aa} 8.6"; parallax. horiz. Merc. 15.4". aberratio Merc. in long. + 7.0"; in lat. + 3.3"; nut. + 14.9"; Mayer + 16.0".

⁷ Von hier an ist der Text wieder im Konzept enthalten und nach diesem hier angeführt.

t) i. D. postea vero in occidentem ab eo recesserat.

u) i. D. eingefügt: „quas ob iam indicatam rationem ceteris praeferendas censeo“.

v) i. D. statt: „longitudo“ — „locus“.

w) i. D. 46' 3".9.

x) i. D. 25".2.

y) i. D. 31".7.

z) i. D. latitudinis geoc. 43".2. (Das „Minus-Zeichen“ vor 43" fehlt im Druck: Anm. d. Herausg.)

aa) i. D. fehlt „actualis“. Im Druck, aber nicht im Konzept folgt dann: „aberratio Mercurii in long. + 7".0; in lat. + 3".3, nut. + 14".9; Mayer: + 16".0“.